10.

DISPUTATIO JURIDICA

DE JURE DOTIUM.

D. O. M. A.

Consensu & permissu magnifici & amplissimi Jureconsultorum ordinis inclytæ Academiæ nostræ,

Illustribus & Generosis, Nobilissimis, Præstantissimis, Politissimis Dominis ad hanc palæstram invitatis.

PRÆSIDE

Clarissimo Viro

DN. VALENTINO

Melasio, Brandeb. March. J. U. C.

Discutiendam offert

HENRICUS ESYCHIUS, Hamburgensis.

Die XIV. Octobr.

Horis locoq; destinatis.

Typis Johannis VVeidneri.

Anno nostræ redemptionis CIↃ IↃ CXV.

26

CLARISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTIA, VIRTUTE, AUTHORITATE, LONGOQUE RERUM USU PRÆCELLENTISSIMIS VIRIS,

DN. EBERHARDO ESYCHIO, CELEBERrimi Emporii Hamb. Senatori proque tempore Præfecto arcis Bergedorff dignissimo, Parenti suo charissimo & æviternùm honorando.

DN. BERNHARDO à Münden / INCLYTÆ Reip. Schleswicensis Consuli prudentissimo, adfini & patrono; suo summo.

DN. VINCENTIO MULLERO J.U.L. & REIP. Hamburg. Secretario meritissimo, adfini item, & fautori suo optimo.

Nec non

VIRIS NATALIUM SPLENDORE PIETATE SINgulari, eruditione & dignitate præclaris,

DN. EILHARDO ESYCHIO, Patricio Bremensi, templique Nicolai apud Hamburg. jurato fidelissimo; patrueli suo officiosè colendo.

DN. GEBHARDO ELMENHORSTIO, PAtricio Hamburg. politissimo, avunculo suo multis nominibus suspiciendo.

Hasce studiorum suorum primitias in observantiæ, gratitudinis & amoris tesseram dat, dedicat, consecrat

Henricus Esychius Respondens.



De Jure Dotium.

THESIS PRIMA.

PRaeclarum profectò & nervum habens est effatum illud Auctoris nostri, cujus exercitiis disquisitionum juridicarum ut ordinarijs nobis, hebdomatim nostra calet palaestra, Domini Treutleri puta, qui in disputatione omnium prima, thesi octava hunc maximum juris nostri studij practici cum theoretico conjungendi fructum admiratur, si neque minutias omnes theoreticas, saepenumerò sub manibus prae nimia subtilitate evanescentes, nimis admiremur, inq; ijs immoremur: neque sine ductu Logicae & liberalioris literaturae juridicae cultu in practicorum luxuriantibus campis quamvis stipulam pro vivido veritatis flore arripiamus. Quod sanè, quantum possumus judicare, hoc intendit, quod aliàs Cicero ille noster in Tusculanis quaestionibus memoriae tradidit: Philosophandum esse; sed paucis. Scrutinio subtilitatum in cognitione verae principiorum & legum artis juris nostri utique debemus vacare; sed providè, ut idipsum nobis emolumento sit, ingenium nostrum exacuat, res addoceat, & futurae in foro praxi pedetentim judicium nostrum adaptet: minimè verò subtilium earumq; suavium indagationum oblectamentis consopiti, tanquam ad Syrenum scopulum consenescamus; ne cum dolore & anxietate audiamus illud Senecae: Necessaria ignoramus, quia non necessaria didicimus.

II.

Itaque cùm fructuosa quæ sunt & conducibilia in jure nobis sunt tractanda, quantumvis subtili & profundiori indagine non destituta; convenienti omninò ratione poterimus jura dotium nobis pensitanda & perquirenda, disputare hac vice cum cupidus animus sit, proponere; tum cum rerum ipsarum, hoc jure quæ considerantur, excellens sit gravitas; quippe quod Reipublicæ intersit, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt; & dotium caussa semper & ubiq; præcipua sit; quinimò publicè intersit dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamq; liberis civitatem maximè sit necessarium, l. 2. ff. de jur. dot. l. 18 ff. de rebus auct. judic. possid. l. 1. ff. solut. matrim. tum quod ipsius juris sit nervus & pondus habeat; Id quod exploraturi penitus, de jure dotium discursum aggrediemur.

III.

Definimus itaque dotem, jus (a) quod marito in re certa (b) à parte uxoris (c) vel ante vel post nuptias data (d) ad onera matrimonij lenius sustinenda constituitur. (e)

(a) per rubr. & tit. tt. ff & C. de jur. dot. Non verò res est dicenda ad evitandam confusionem subjecti & qualitatis, arg. l. 1. l. 8. C. h. t. & cum res admittat distributionem realem, quod de dote ut juris nomine non adserendum, l. ult. ff. h. t. l. quod dicitur. 5. ff de impens. in res dotal. fact. arg. l. hereditas. 119. ff. de V. S. (b) arg. l. plerumque. 10. § fin. l. quemadmodum. 46. §. si debitori. 1. l. Proculus. 67. ff. h. t. quippe quod quemlibet contractum incertitudo faciat elusorium. (c) Nam perinde est dotem det uxor ipsa vel ejus loco alius, l. 2. §. 1. & 2. l. cum dotem. 22. ff. solut. matrim. l. 6 constante. 19. C de donat. ante nupt. l. ex morte. 9. C. de pact. convent. l. 41 l. 76. in fin. ff. de jur. dot. l. 13. §. 1. ff. de fund. dotal. l. 1. C. de dot. caut (d) l. cum multæ. 20. vers. quare enim dotem &c. & vers. sancimus itaque. C. de donat. ante nupt. §. sed nos plenissimo. I. de donat. (e) l. dotis fructum. 7. l. si is. 56. §. ibi dos. l. quamvis. 75. & l. seq. ff. de jur. dot. l. pro omnibus. 20. C. eod. Ex quibus relinquitur, dotem tantummodò promissam propriè dotem non esse, arg. l. 1. C. de dot. caut. Treutler. disp. de jure dot. th. 1. lit. D.

Dote

Dote ita quid sit cognita per suam definitionem, ei juxta methodi legem congruam ejusdem subnectimus divisionem. Omissis autem variarum distributionum plaustris, optimam statuimus eam, qua dos in profectitiam & adventitiam dispescitur. Dos dicitur profectitia, quam pater mulieris: Dos Adventitia, quam quivis extraneus dedit.

Ulpian. in frag. t. 6. de dotibus. §. dos. 2. l. 5. l. 35. l. 81. ff. h. t. l. 2. §. 1. ff. solut. matrim. l. 4. C. de collat. l. un. §. 1. ff. de rei uxor. action.

Atque hanc divisionem dotis per suas caussas & affectiones videbimus.

V.

Dotem profecticiam constituit pater pro filia sua, quam in potestate habet, vel de bonis suis vel facto suo.

L. profecticia. 5. in pr. §. 1. & seqq. ff. l. avia. 6. in fin. C. h. t.

VI.

Dotem autem pater dare compellitur ratione officii paterni, cujus est, filiam dotare, (a) adeo ut si dotem pro filia sua dare detrectet, officio magistratus cogi possit, (b) in tantum, ut si filiusfamilias mutuam pecuniam acceperit, ut eam pro sorore sua in dotem daret, pater de in rem verso teneatur. (c)

(a) l. dotem. 6. ubi verbum: debet, necessitatem importat. ff. de collat.

(b) l. 19. ubi Gothofred. ff. de R. N. l. final. §. neque enim. 6 C. de dotis promissione. l. mulier. 23. §. fin. ff. ad SC. Trebellian. arg. l. 17. ff. ad SC. Macedon. Donell. libr. 13. comment. cap. 2. Hottoman. in tractat. de dot. num. 27. 28. & 30. Boër. decision. 130. facit l. 5. §. 4. ff. de jur. dot. ubi patris etiam capti ab hostibus ex bonis magistratus decreto dos datur.

(c) d. l. 17. ff. ad SC. Macedon. Bocer. class. 2. disp. 18. in fin.

VII.

Eadem quæ de patre, etiam de avo paterno jura statuimus, scilicet quod & is neptem suam, quam in potestate sua habet, dotare teneatur. (a) Nec moramur Doctores, (b) qui hanc assertionem limitant, si pater sit dives, quasi tunc avus neptem dotare non teneatur; sed patris sit, filiam de

suo dotare, sicuti contrarium postea evincemus.

(a) l. 19. ff. de R. N. l. dotem. 6. ff. de collat. l. adeò. 7. §. fin. l. seq. ff. de in rem vers. l. fin. § neque enim. C. de dot. promiss. Bl. Novellus tractat. de dote. p. 6. privil. 4. Geil. libr. 2. observat. 99. num. 4. Mynsing. 5. observat. 32. num. 2. & cent. 6. observat. 85. Everhard in top. in loco à dote ad alimenta. numer. 2. Bocer. d. disputat. 18. thes. 8. & 9. auctor noster familiaris. Treutler. p. 2. disput. 7. thes. 2. lit. C. (b) Bt. in l. 22. §. 4. ff. ad SC. Trebell. Alciat. 8. parerg. 3. Connan. libr. 8. comment. c. 8. num. 7. Duaren. de jure dot. c. 3. Vasq. lib. 1. de success. progress. §. 4. n. 53. Mich. Graff. lib. 1. com. opin. cap. 6. q. 3.

VIII.

Et in tantum ad necessitatem dotandi filias suas adstringuntur parentes, ut etiam pater adoptivus quicunque filiæ suæ adoptivæ dotem dare sit compellendus. (a)

(a) L. adoptivum. 13. ff. h. t. l. capite. 19. ubi generaliter sancita stringunt, ff. de R. N. Et in dotis constitutione non tam patria potestas, quàm parentis nomen ponderandum & suspiciendum, l. profecticia. 5. §. si pater 11. ff. de jure dot. Et denique dos & alimenta æquiparantur, gl. in l. ob æs. C. de præd. minor. Immò major est ratio dotis quàm alimentorum, Cyn. in l. 1. ff. de alend. liber. pater autem utique alimenta liberis debet suppeditare, tt. tt. de agnoscend. & alend. liber. inprimis l. necare. 4. ff. d. tit. arg. l. 5. C. ad L. A.

IX.

Ex ejusdem juris conformitate concludimus, si pater sit prodigus aut furiosus, quod curator ejus dotem constituat; quod si à latronibus vel hostibus sit captus dotem magistratus decernat.

dict. l. profecticia. 5. §. sed & si curator. 3. §. sed & si proponas. 4. ff. h. titul.

X.

Quod pater filiæ suæ & avus paternus nepti suæ dotem debeat dare certi juris est ex prædictis; sed hoc scrupulosum est: An de filia vel nepte locupleti hoc jus sit urgentis necessitatis? id quod asseveramus. (a)

(a) tum quia expressi juris est, quod parens divitem prolem dotare teneatur, l. ultim. ubi Bl. & Dd. §. C. de dotis promiss. tum quia dos & alimenta æquiparantur, gl. in l. ob æs. C. de præd minor. Parens autem filiam etiam divitem utique alere tenetur per jura in thesi præcedente nona tradita: tum quia major est ratio dotis, quam alimentorũ, Cyn. in l. 1. ff. de alend.

alend. liber. & in L. Non omni. C. de administratione tut. Ergò potius de dotanda, quàm alenda filia parens sit sollicitus, quid? quod argumentum ab alimentis ad dotem indubiè valeat, Hottoman. in tract. de dotib. n. 32. Everhard. in top. in loc. ab aliment. ad dotem. Et probant hanc assertionem Menoch. consil. 7. & 19. Cephal. consil. 485. n. 16. & 24. libr. 4. Geil. libr. 2. obs. 99. n. 14. Mynsing. cent. 5. obs. 32. n. 2. & cent. 6. obs. 85.

XI.

Pari ratione filiam etiam emancipatam parens tenetur dotare; (a) sed si pauper sit, & aliunde dotem non habeat. (b)

(a) l. profecticia. §. si pater pro filia. cum §. sequent. l. si pater. 44. l. si res quas. 51. ff. de jure dot. l. fin. C. de dot. promission. (b) arg. l. si quis. 5. §. 1. ff. de agnoscend. & alend. liber. ubi dicitur: quod pater etiam hanc filiam alere teneatur. Et hoc idem adstruent rationes in thesi præcedente adductæ.

XII.

Atque hinc conveniens est, quod pater teneatur etiam dotare filiam naturalem ex concubina susceptam; hac tamen cum limitatione si dotem aliunde non habeat; quo casu pater ei dotem ex æquo & bono, arbitratu boni viri constituat. (a)

(a) per c. cum haberet. in fin. ibi: necessaria subministret. extr. qui duxit in uxor. ubi CC. c. Nov. 89. c. 12. facit l. 8. C. de natural. liber. l. 29. C. de inoffic. testament. Campec. p. 1. q. 17. n. 1. Ferdin. Vasq. libr. 1. de success. progress. §. 4. n. 56. Bocer. class. 2. disput. 18. th. 10.

XIII.

Spuriam filiam quod attinet, illam pater jure civili dotare non tenetur, (a) quantumvis possit; (b) Sanctione tamen Canonica & hanc cum æqua & moderata dote elocare jubetur. (c)

(a) Nov. 89. c. fin. auth. ex complexu. C. de incest. & inutil. nupt. c. per venerabilem. extr. qui filii sunt legitimi. (b) Geil. libr. 2. obs. 88. n. 4. Treutler. p. 1. disput. 7. th. 2. lit. I. (c) c. cum haberet. extr. de eo, qui duxit in matrim. Palæott. de noth. & spur. c. 49. & seq. Ferdin. Vasq. lib. 1. de success. progress. §. 4. n. 56. Covarruv. libr. 4. decretal. pag. 164. & 174. Consultat. Saxon. q. 12. n. 8. Coler. de aliment. libr. 1. c. 3. n. 56. Bocer. d. disp. 18. th. 11.

XIV.

Adde quod si filia mortuo primo marito matrimonium cum alio contrahat, & prior dos à patre data sit amissa, pater eam-

ter eandem denuò teneatur dotare. (a)

(a) arg. Nov 97. c. 5. Campec. p. 1. de dot. q. 15. n. 26.

XV.

Verùm si filia inscio vel invito patre nupserit viro quantumvis digno, quantumvis pauperi, illam pater juris veritate dotare non compellitur. (a)

(a) §. si adversus ea. 12. I. de nupt. l. 3. ff. de jur. dot. l. fin. in pr. C. de donat. ante nupt. Sichard. ad l. 7. n. 9. & 10. C. de dotis promiss. Et talem ordinationem cuique magistratui permittit Reichs Abschied / de Anno 1548. tit. Von Sacrament der Ehe / in fin. pagin. 33. Atque sic in Ducatu VVirtenbergico juris esse auctor est Dn. Bocer. class. 2. disput. 18. th. 12.

XVI.

Pari ratione orthodoxus pater filiam suam hæreticam indotatam relinquere potest. (a)

(a) l. cognovimus. 19. C. de hæret. & Manichæ. Nov. 109. c. 1. Novell. 115. c. 3. §. si quis de prædictis parentibus orthodoxus constitutus. 13.

XVII.

Et denique si filia luxuriosam vitam elegerit & meretrix est, pater potest ei dotem denegare. (a)

(a) l. si filiam. 19. C. arg. l. 22. §. 1. ff. de inoff. test. Nov. 115. c. 3. § 11.

XVIII.

Quamvis autem filia meretrix dotem perdat, ob talem ingratitudinem suam; nequaquam tamen propterea quod meretrix sit à successione patris intestati poterit repelli, tùm quia talis ut & aliæ causæ ingratitudinis in exheredatione tãtùm valent non etiam in successione ab intestato: (a) *tum quia non sufficiens est argumentum contra filiam, ut ab hereditate repellatur, quod commiserit ingratitudinem; sed à patre ob eam expressam debet etiam esse exheredata:* (b) *tùm quia nec sufficit patrem exheredasse in testamento, nisi & caussa exprimatur, ut contra Angelum late probat Covarruvias:* (c) *tum quia tralatitium est:* Heredes ingratitudinem, quam defunctus poterat vindicare, objicere non posse: (d) *quid? quod quò minus conjunctis ab intestato succedat, non obstet ei vitæ turpitudo:* (e) *Hinc est,*

quod

quod Germanis vulgò dicitur: Das Mägdelein hat zwar ihre Ehre / aber darumb nicht ihr Gut verlohren.

(a) l. in arenam. 11. ibique Jason. C. de inoffic. testam. (b) l. omnimodò. 30. C. de inoffic. testament. Nov. 115. c. 3. (c) in c. Raynutius. in pr. n. 7. & seq extr. de testament. per d. Nov. 115. c. 3. (d) l. fin. C. de revocand. donation. c. fin. extr. de donation. Gulielh. Benedictus in c. Raynutius. in verbis: Duas habens filias, n. 2 extr. de testamentis, Cagnol. in l. id quod nostrum. 11. n. 8. ff. de reg. jur. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 30. n. 169. & seq. (e) Petr. Heig. cap. 5. de ordin. success. n. 19. usque ad n. 5.

XIX.

Porrò dos adventicia à quovis extraneo præter parentem, avum paternum, vel patrem, constituitur; ut proinde filiæ extranei habeantur omnes, qui per virilem sexum non ascendunt. (a) Adde, quod extranei ejusmodi ad dotandam filiam non nisi in certis casibus cogantur, ut ex sequentibus patebit.

(a) l. un. §. 13. C. de rei uxor. act. f. ante actionem. 16. C. de jur. dot. Ulpian. in fragm. t. 6. Treutl p. 2. disp. 7. th. 3. lit. A.

XX.

Dotem itaque adventiciam mater filiæ dare obstringitur, si mater sit hæretica, filia verò catholicam & apostolicam sequitur Ecclesiam, vera in Christum fide adducta. (a) Et aliàs etiam eam dotare compellitur; sed non nisi ob magnam & probabilem caussam, vel lege specialiter expressam: (b) Hanc autem caussam magnam Br. Bl. Cyn. Albericus Jason interpretantur eam, si linea paterna tanta & tam extrema laboret inopia, ut inde filiæ nequeat de dote prospici. Ergò si inops est filia, nec sine dote maritum consequi potest, matris erit eam dotare tanquam in subsidium. (c) Quod si mater filiæ dotem dederit, repetere eam sive condicere non potest; Nam licet non jure, pietatis tamen caussa eam dedisse certum est. (d)

a) arg. l. cognovimus 39. C. de hæretic. & Manichæ. b) l neque 14. C. de jure dot. c) arg. l. si quis 5. § ergò 4. l. pen. ff. de agnoscend. &

alend.liber.Schurff.consil.8.n.2.cen.1.Everhard.in topic.in loco ab alimentis ad dotem,n.5.Treutl.d.th.3.lit.B.Bocer.class.2 disp.18.th.14. d) l.cum is 32.§.mulier,ff.de cond.indeb.Bocer. d.th.14.lit.B.in fin.

XXI.

Ob eundem casum inopiæ avus maternus neptem ex filio vel filia dotare debet; (a) Talem autem ab avo materno dotem datam semper censemus adventiciam, sive ab avo materno data sit patre filiæ inope sive divite existente; nunquam fieri profecticiam, neque eo casu si patre inope avus filiam dotarit, ut contra vult noster, quem hebdomatim volvimus atque revolvimus, Dominus Treutlerus. (b)

a) l.Gajus Sejus 45.ff.solut.matrim. b) disp.18.th.3.lit.C.

Et vice versa filius dives tenetur matrem suam viduam inopem & egenam dotare, idquod non sine ratione (a) contra Schneidewin. asseveramus. (b)

a) per l.cum puberes 12.§ cum tutor,vers.sed non dabit,ff.de administration.&peric.tutor.l.si quis 5.§.utrum autem 2.vers.an verò etiam matrem, ff.l.1.C.de agnoscend.&alend,liber.l.assiduis 12.§ 1.vers.si quis enim.C,qui pot.in pignor.vel hypoth.Bl.Nov.in tr,de dote,p.6.privileg.16 n.5.Hottom. in tr.de dotibus,n 35.Bocer.d.disp.18 th 16. b) in § fuerat,I de act.

XXIII.

Frater dives etiam sororem suam consanguineam sive germanam, si & illa sit egena, dotare debet. (a)

a) l.cum plures 12.§ pen,ff.de administrat.tut.l.pen.ff.de agnosc.&alend. liber.Butrigar in tr.de dot.n.2.Odofred.eod.tr n.3.Sichard.in l.fin.n.28.C. de dot.promiss.Hottoman.in tr.de dot.n.38.Duaren.de dot.&dot.jur.cap.3. Bocer.d.disp.18.th.15 ubi hanc communem esse opinionem statuit post Soarez.in thesaur.recept.sent.lit.D.n 350.Grass.lib.1.com.op.cap.6 q 5.

XXIV.

Sic etiam curator adultæ suæ, cujus curam gerit, (a) immò adultæ suæ jam maritatæ dotem proportione bonorum, quorum curam agit, dotem tenetur dare. (b) Et facit pro hoc ratio illa juris generalis, quod tempus constituendæ dotis sit & quod præcedit, & quod sequitur nuptias. (c)

a) l.sive generaliter 61.in pr.&§ 1.ff.de jure dot Hottom.in tr.de dotibus, n.39.&seq, b) l.si jam pacta,&l.antepenult.ff.de condic.&demonstrat.

Tira-

Tiraquel.in tr. Reg cessante caussa, limitat. 18 n. 2. 3. & 4. & limitat. 22 num. 9. c) § sed nos plenissimo, l. de donation l. cum multæ 20. vers. quare enim, & vers. sancimus itaque, C. de donation. ante nupt.

XXV.

Et denique quilibet extraneus, (a) etiam fœmina aliqua, si ita libuerit dotem pro se, (b) vel pro alia, (c) constituere potest.

a) l. cum dotem, 22 in pr. ff. solut. matrim. b) l. nuptura, 57. ff. de jur. dot. c) l. ult. ff. ad SC. Vellejan.

XXVI.

Res in dotem dari possunt quævis, quæcunque in commercio hominum sunt, sive ratione qualitatis, ut sunt res mobiles, (a) immobiles, (b) corporales, (c) incorporales, (d) æstimatæ vel inæstimatæ; (e) sive ratione quantitatis definitæ, (f) sive indefinitæ. (g) Itemq; non tantùm res propriæ sed & alienæ; (h) ita ut usucapiendi conditio in maritum transferatur. (i)

a) l. res in dotem, 42, ff. h. t. b) d. l 42. l 43. l. 44. l. 45. ff. d t l. un. § cum autem, C. de rei uxoriæ action. l. si ante 6. l 7. l 8 ff. solut. matrim. l. in rebus 30. C. de Jure dot. c) corporales quidem vel ut species, vel ut quantitates; pondere, numero, vel mensura constantes, l. si ususfructus 66 ff. de jure dot. l. res in dotem 42 eod. l un. § exactio, C. de rei uxor. act. d) ut sunt hereditas, l nullam 13 § apud Marcellum 10 ff. de petit. heredit. ususfructus, l. 4. l dotis fructum, 7. § 2. ff. de jure dot l. interest, 6. C de usufruct. l. si socrus, 18. C. de jure dot nomina & id genus alia, l. 2. C de O. & A. l. cum dotem, 71. l. 78. juncta l. 54. l 66. ff. l 5. l. 17. l. in rebus, 30. C. de jure dot. d) Et has quidem propriè dotales esse Justinianus Imperator testatur in l. un. § cum ex stipulatu, vers. æstimatarũ, & § cum & lex, vers. in fundo autem non æstimato, C. de rei uxoriæ act. juncta l plerumque 10. l 11. l 12. ff l. in rebus 30. C. de jure dot. f) cum certa species exprimitur, vel quantum dotis nomine sit constitutum determinatur partium conventione, ut ex modò adductis legibus exploratũ est. g) cum indefinita rerum quantitas in dotem promittitur, nec demonstratur aut exprimitur certa species vel quantitas dotis. h) l. jure successum, 6. § 1. l. pater 81 ff. de jure dot. l. si alienam, ff. solut. matrim. i) l. un. C. de usucap. pro dot. & t. t. ff. eod.

XXVII.

Ratione rerum incorporalium Dd. anxiè inter sese disceptant, an feudum in dotem dari possit? Et quamvis quidam

præcisè negent, quod pater poßit feudum in dotem dare pro filia, eò quod tunc censeatur alienatio; (a) quidam verò affirment eo casu, si filia per se habeat feudum, quod tunc pro seipsa feudum poßit in dotem dare, dummodò non det æstimatum, nec pactum faciat de lucrando; (b) Nostra tamen stet assertio, quod si vasallus filiam habeat viripotentem, nubilem, roseis labellis formosulam, et tamen dos aliunde non constitui poßit, nec aliter filia, ut & soror aliqua sat pubes & matura nubere queat, utique potest, immò debet pater itemq; frater ex suo feudo, pro dignitate personarum & bonorum quantitate, filiæ vel sorori dotem constituere. (c)

a) gl. in c un § donare, & ibi Jacob. de Belvis Nicol. de Neap & Bl. qualiter olim feud pot alien. b) ut notat Cur Jun t de feud p. 4. n. 93. c) post Borch. de Feud. c. 7 n 74. Hart Pist. libr. 2. p 2. q 37. per tot. per text in l. cum plures 12. § cum autor, ff. de admin, tit. c. un. § nemus, ibi: tantum ei relinqui debet, & c. Episcop. eel Abb. Adde, quod Dominus ex conjugali sua in vicem obligatione vasallo ea præstare teneatur, quæ ad ejus honestatem pertineant, c. un. de form. fidelit. Bocer. class. 2, disp. 18. th. 17. VVurmser. practic. observat. tit. de feud. observat. 19.

XXVIII.

Hinc penitius hoc relinquitur indagãdũ: si maritus vasallus constituat uxori suæ usumfructum in feudo, cum consensu tamẽ domini & agnatorũ; mortuo a. vasallo marito suo uxor usumfructum suũ feudalem vendat (quod jure fieri posse etiã in usufructu no feudali antehac cũ Treutlero nostro sat fusè defendimus, (a) agnatis, annè uxor filiam habens, eandem ex pecunia inde recepta, an verò agnati illam dotare teneantur? Hoc munus agnatis incumbere post Scabinos Lipsienses in resolutionibus (b) & Dn Bocerum (c) arbitramur, eo quod vidua, mater illa pecuniam sibi & pro sua neceßitate atq; utilitate non vero pro filia acceperit.

a) p. 1 disp. 16. th. 10. lit. A per l. 8. ff. de bon. auct. poss. l. non utitur 38. l. 29. l. cui ususfructus 67 ff de usufruct. § 1. I. de us. & habitat l. 8 § fin ff. de per it. & commod. rei vend. Soarez in addit. ad Gomez. 2. variar. cap 15. n 15. & per discurs. Pinell in l 1 p. 3. num. 38. cum seqq. C. de bon. matern (b) quæstion. 5. (c) class. 2. disp. 18. th. 26.

Quid -

XXIX.

Quid? quod si vasallus moriatur, relinquens filiam tantū, adhuc virginem florentem, & domino feudū aperiatur, idq́; alij vasallo feudum vendat, domini sit non vasalli filiam illam ut nubere possit, dotare, uti hoc in conflictu disputationis post decisionē Scabinorū Lipsensium 34. plenè planeq́; evincemus.

XXX

Occasione rerum mobilium & immobilium æstimatarum & inæstimatarum affirmamus, mulierem omnia sua bona marito in dotem dare posse, etiamsi vidua v… quadraginta annorū nubat juveni, qui jam pridem annum vicesimum adimplevit. (a)

a) l. mulier 72. ff. l. nulla 4 C de jur. dot.

XXXI.

Quodsi mulier adeò amore fervido bacchata est, ut marito suo omnia bona in dotem ultrò dederit sua, non tamen etiam futura in dotem data sunt præsumenda. (a)

a) l. si mandavero 22. § is cujus, ff. mandat. l. fin. § 1. ff. de legat. 2. facit quod donatio omnium bonorum facta, ex communi & recepta Dd opinione futura non præsumantur donata, l. si ita 7. ff de aur. & argent. legat. Tessaur. decision. 199, n. 1. & seqq. Vaud. libr. 1 q. 31. Geil libr. 2. obs. 82.

XXXII.

Si mulier dimidiam bonorum suorum partem marito in dotem dederit, mulieris est electio, quæ dare pro ea velit; (a) si forsan contentio propterea inter conjuges oriatur, res judicis arbitrio perimatur. (b)

a) arg. l. plerumque 10. in fin. l quemadmodum 46. § si debitori 1. ff. h. t. & alias in alternativis electio est penes debitorem, § præterea si quis generaliter, l de action. (b) l. 3 ff. de dot promiss. l. si filia 43. ff. de legat. 3. l. cum post divortium 69. § gener, ff. de jure dot. l. 1. §. 1. ff. de legat. 1.

XXXIII.

Si omnia uxoris bona ad maritum fuerint allata, dotalia in universum omnia in dubio non præsumuntur. (a)

a) Id

a) Id quod statuimus cum Thoming. decis. 30. Hottom. in tr. de dotibus, n. 58 Didac Covar lib 4 decretal part 2. cap. 5 n 5 Menoch. in tr. de contract. c. de matrim cap de naturalibus matrim n. 2. & 3 ob has rationes. I quia facta non præsumuntur, sed probantur, l. quæcunque 13. in fin ff. de pub. in rem act. dotis autem constitutio in facto est posita, l. 1 C de dot caut. non num. Ideoque non præsumuntur bona uxoris in dotem data II Uxor triplicis generis bona habet dotalia, parephernalia & recepticia, Mynsing cent. 3. obs. 53. Ergò ne hæc bonorum genera confundantur, non omnia uxoris bona esse dotalia dicamus; sed eatenus tantùm dotalia, si expressè in dotem data sint. III. argumentamur ex principio juris ante in prima ratione posito, quæ facti sunt, non præsumuntur, sed probantur; Arqui dos constituitur vel contractu vel pacto vel pollicitatione; hæc autem omnia facti sunt, et quæ juris gentiū sunt, non juris, ergo omnia bona uxoris vel contractu, vel pacto, vel pollicitatione dotalia esse facta probandum, nequaquam præsumendum. IV. cum ob omnia bona & sic totum patrimonium est vel bona ultra vires patrimonii in dotem data, & sic ob læsionem, succurritur in integrum restitutione, illius bona omnia in dubio dotalia esse non præsumendum est; alias læderetur, in integrum restitueretur, & dotis datio annihilaretur, & actum esset non actum & nullum Atqui si mulier circumscripta vel totum patrimonium vel ultra vires patrimonii omnia sua bona in dotem dederit, succurritur illi sive minor sit, l. si ex causa 9. § 1, ff. de majoribus, l. un C. si adversus dotem, sive major viginti quinq; annis fuerit, l. jure succursum 6 § fin ff. de jure dot. E in dubio non præsumendum omnia bona esse dotalia, ut quæ facilè sibi consuleret in integrū restitutione, & facto ipso omnia bona sua dotalia non esse protestaretur. V. facit pro hoc eleganter l. mulier bona 72. ff de jure dot. ubi mulier expressè quidem omnia sua bona in dotem dedit, ut maritus ejus nomine à creditoribus uxoris non conveniatur; sed tamen tantùm in promissione dotis est, quantum ære alienò deducto superest. E. à cōtrario sensu in dubio, dū aliquid præterea est in bonis mulieris, non omnia sunt dotalia VI. nullum argumentum pro hac assertione clarius est, quàm quod expressè habetur in l. 1. C. de dot promiss. VII. Ita magnificam in inclyta Salana nostra juridicam Facultatem in Scabinatu suo pronunciasse 12. Junii, Anno 1601. & quidem ex doctrina Geil. libr. 2 obs 82. n. 3. testis est ἀξιόπιστος *solertissimus & fidelissimus Dominus Præceptor* ORTHOLPHUS FOMANNUS JCTUS in prælectionibus suis ad tit. ff. de jure dot. capit. 1. circa princip.

XXXIV.

Et in rebus etiam indefinitè promissis dotis constitutio valet, utpote non demonstrata specie vel quantitate dotis; sed tamen cum distinctione: si namque dos indefinitè promittitur,

mittitur aut ab ipsa muliere, vel aliquo extraneo ita constituitur, & prorsus inutilis est, (a) nisi accedente boni viri arbitratu, & inde dotis definitione; (b) aut à patre mulieris talis promissio facta est utilis, & pro modo facultatum parentis & dignitate mariti dos constitui debet, arbitrio boni viri non accedente. (c)

a) l.1.C.de dot promiss.l.salarium 17.C.mandat.tum etiam favori mulieris indulgendum est,l.assiduis 12.C qui pot.in pignor.Consultius autem est mulieribus propria,quàm dotalia habere bona;siquidem nón hæc sed illa potest alienare.Ergò non valebit simplex à muliere facta dotis promissio. Et denique propterea simplex & indefinita dotis promissio mulieri inhibeatur,ut hac ratione ei adimatur occasio donandi marito,constantem matrimonio,vel antè,cum alioquin immensam dotem repentino quodam cupiditatis motu,tanquam vento concitata,marito in fraudem legis constituere posset loco simplicis donationis quæ prohibita est,Bocer.class.2.disp.18.th. 37.lit.B. b) l.si cum 3 C.de dot.promiss.l.cum divortium 69.§ gener 4.ff.de jure dot.l.hæc venditio,ff.de contrah.emt. c) d.l.cū post divortiū 69.§ gener 4.d c.l.si filiæ 43.ff.de legat.3. Duar.libr.1.disp.56.Menoch.libr.1.de arbitrar.jud.quæst.cent.2.Cas.149.n.36.Cujac.libr.4.respons.Papin.pag.156. Borch.de pact.cap.2.n.27.Decian.respons.10.n.25.&respons.17.volumin.2. Bocer.d.th 37.per tot. Rationem diversitatis damus hanc:pater namque aliàs debet filiam suam dotare,l.fin.C.de dot.promiss.Ergò perinde est sive expressè certa specie vel quantitate,sive indefinitè *dotem pro suis facultatibus & mariti dignitate certò constituere debet*,l.cum post divortium 69.§.gener 4.ff.de jure dot.At non ità pro suis facultatibus vel mariti dignitate mulier dotem certò constituere tenetur;sed liberum est ei, vel omnia sua bona in dotem dare,l.nulla 4.C.de jure dot.vel exiguam dare,si certam speciem vel quantitatem exprimit,quam dotis loco maritus habeat,l.1.C.de dot.promiss.vel prorsus nullam,C.de donat.ante nupt.Hinc igitur relinquitur,si mulier dotem marito suo indefinitè promittit,non adjiciens certam speciem vel quantitatem,quod nihil agat,nisi sub mentione arbitrii indefinitè dotem marito promiserit,l.si cum 3.C.de dot.promiss.& vel aliàs diversitatis rationes in ipso conflictu disputationis poterimus suppeditare.

XXXV.

Dos constituitur vel in ultima voluntate: (a) vel inter vivos; (b) atque hæc varijs quidem modis, puta vel pollicitatione, (c) vel pacto, (d) vel stipulatione, (e) vel nuda & simplici remissione debiti, (ff) vel acceptilatione,

tione, (g) vel delegatione debitoris, (h) vel cautione, (i) vel patientia, (k) cessione, (l) traditione. (m)

a) l. qui filium 4 ff. ubi pupill. educar. deb. l. 71 § 3. de condit. & demonstrat. l. tali 48 § socer 1. juncta l. 20. l. 76. ff. de jure dot. (b) l. quemadmodum 46. ff. de jur. dot. & t. t. C. de dot. promiss. (c) d. l. exactionem 6. C. de dot. promiss. l. 1. C. de jure dot. l. 1. § pen. ff. de dot. collat. (d) d. l. ad exactionem 6. l. Julianus 20 ff. de jure dot. l. 4. C. de dot. promiss. l. dotem 30. l. Divus Severus 40. ff. h. t. (e) d. l. Julianus 20. l. 21. ff. h. t. l. 1. l. 2. l. 5. C. de dot. promiss. l. un. in pr. § 1. & 2. C. de rei uxoriæ act. (f) l. si sponsalibus 58. § si mulier 1. & l. si mulier 77. ff. h. t. (g) l. licet 43. in pr. ff. h. t. l. promittendo 41 § accepti 2. ff. eod. (h) l. si is 36. in pr. l. 33. ff. h. t. l. 49. ff. solut. matrim. l. 14. ff. de novation. (i) puta si is, qui alteri in suo fundo dotis nomine usumfructum constituit, cavet per se non fieri, quo minus maritus illo fundo utatur, arg. l. ratio 3. § si iter 2. ff. de act. emt. l. si ususfructus 66. ff. de jure dot. arg. l. fin. ff. de servitut. (k) puta si quis permittit, ut alter dotis nomine fundo suo utatur fruatur, arg. l. fin. ff. de servit. l. 3. in pr. ff. de usufruct. (l) ut si quis alteri dotis nomine jus utendi fruendi cedit, arg. tit. 19 § 10. in fragment. Ulpian. Hottom. libr. 6. obs. 16. ubi ait: Cessionis eandem esse vim in incorporalibus, quæ est traditionis in rebus corporalibus, adde Donell. libr. 5. comment. cap. 43. (m) l. quemadmodum 46. in pr. ff. h. t. l. contractus 23. ibi: dotis datio, ff. de R. J. l. si cum dotem daret 22. in pr. ff. solut. matrimon.

XXVI.

His autem modis omnibus inest tacita conditio, si nuptiæ insecutæ fuerint, (a) adeò ut hac conditione deficiente, dotis obligatio evanescat, (b) immò ut ne quidem convalescat, etjamsi eidem postea mulier nupserit. (c) Ergò hinc consectarium est: Dotis proprium & adæquatum finem matrimonium esse, vel planius dicendo: Ut ea onera in matrimonio, quod certò subsequatur, sustineantur.

a) l. stipulationem 21. ff. de jure dot. (b) l. plerumque 10. § si ante 4. l. promittendo 41. § 1. ff. h. t. (c) l. 22. ff. h. eod. t. arg. l. 83. § 5. ff. de V. O.

XXVII.

Consectarium verò illud Dd. Dos sine nuptijs esse non potest, nuptiæ sine dote esse possunt, quoad membrum posterius, procedit tantùm secundum quid, & per modum exceptionis verum est; non verò regula est generalis, nec universaliter verificatur. Nam quod nuptiæ sine dote esse posint, obtinet

tinet, vel si mulier deberet quidem dotem dare, inprimis si daret indefinitè & absque arbitrio, ut ex thesi præcedente trigesima quarta constat; non vero si pater vel alius aliquis locuples dotem deberet dare, ut ex thesibus prioribus probatis juris est, quo casu ut talis aliquis dotem dare obstringitur, ita matrimonium sine dote esse non potest; igitur si pater vel alius aliquis talis pauper fuerit, idem obtinebit.

XXXVIII.

Ut igitur pater locuples filiæ dotem dare compellendus est, ita multò magis, si dotem dare promisit. Hinc argumentum est, quo cum communi Dd. Schola & Jureconsultis excellentissimis, (a) rationibus moti tùm theologicis, tùm juridicis, tùm politicis gravissimis, (b) concludimus: Quod, si dos sit promissa, nec tamen soluta marito, non teneatur maritus uxorem alere; sed possit eam expellere, & domum parentibus remittere.

(a) cum Bl. in l. fin. C. ad SC. Vellejan. & in l. quod in uxorem, n. 2. ff. de N. G. Panormitan in c. accedens, juncta ibidem apostilla, extra de procuratoribus, Jas. in §. fuerat, n. 98. I. de act. Angel. consil. 315. n. 3. Alex. cons. 56. n. 10. vol. 4. Roman cons. 117. n. 1. Geil. lib. 2. obs. 87. n. 2. Campec. p. 2. q. 54. Roger. cap. 15. n. 1. & ab his alii copiosè allegatis. (b) Rationes, quibus innitimur, hasce producimus. I. quia omni jure, tùm divino, tùm humano, fides data est servanda; Fili mi, inquit Salom. Prov. cap. 6. si sposponderis pro amico tuo (ut in proposito pater pro filia) defixisti apud extraneum manum tuam (& hoc in casu in primis pater apud maritum filiæ) illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus tuis. Et jure nostro civili nihil magis congruum est humanæ fidei, quàm ea, quæ placuerunt servare, l. 1. in pr. ff. de pact. & grave est ac indignum viro bono & honesto fidem fallere, l. 1. in pr. l. illud 25. ff. de constit. pecun. l. 1. § 4. ff. deposit. Ergò frangenti fidem fides frangatur eidem; si parentes non stent promissis, ut dotent filias, nec generi obstringuntur ad alendum filias eorum, quorum promissis tanquam somniis ægrotum vanis sunt decepti, quique in proprium sanguinem de industria consilii peccare non veriti fuerunt. II. quia ipse Christi Apostolus tradit eos, qui de suis alendis & conservandis non laborant, ipsis Ethnicis & paganis esse deteriores. Ergò parentes, qui filias suas dotaturos sese promittunt, saltem in eum finem, ut ipsis maritos alliceant, postea verò nihil præstant eorum, quæ promiserunt, filias suas conservare & alere detrectant; siquidem toto jure nostro major est ratio dotis, quàm alimentorum, Cyn. in l. 1. ff. de alend. liber. & in l. nō omni,

C C.

C. de administrat. tut. Ergò ipsis ut Ethnicis, & hominibus ignotis ac peregrinis filias suas mariti domum remittant, degenerum degeneres filias ut alant nullo jure coguntur. III. Megalander ille Lutherus in libello von Ehesachen scriptum reliquit, si filii clam parentibus suis sponsalia & nuptias celebrarint, quod ipsi semet conjunxerint, Deus verò hos non conjunxerit; & proinde fieri possit separatio personarum libera, cum copulatio fuerit nulla; sine dubio illam ob rationem primariam, quia abusi sunt & profanarunt ordinem conjugii SS. Hinc à paritate rationis cõcludimus: Si parentes elocando alicui suam filiam, eidem insignem dotem promiserint, ut ita permulcerent animum ejus, quò conjugio tanquam laqueo constrictus, deinceps teneretur istam filiam alere, quantumvis nihil de promissis ei servarint, quòd tunc quoque parentes illi tanquam stratagemate quodam & dolosa machinatione usi fuerint ordine divino sacratissimi conjugii, & inde talis conjunctio fuerit ipso jure nulla, & sic maritus talem conjugem sibi per dolum obtrusam licitè possit repellere; sit argumentum: Quæcunque copulatio *quasi conjugalis* existit per profanationem sacri conjugii ab illa licitus est quocunque modo regressus. Atqui si quis pomposa splendidæ dotis promissione, eaque inani & vana pellectus sit, ut collum capistræ porrigeret conjugali, illa non est vera & sancta, sed quasi copulatio quædam conjugalis, ut modò constat probatum. Ergò ab ea licitus est quocunque modò regressus; E. etiam maritus fustibus uxorem expellendo ad focum decipientis patris, poterit à tali bestia liberari. IV. Tales parentes etiam ecclesia increpat, cum canit: Ach Gott der thewre Nahme dein/muß jhrer Schalckheit Deckel seyn/ tales namque homines per fucum jactitant sanctitatem conjugii, & quicquid, quoad externum gestum, devota pietate commendant, illud est sanctitas conjugii; interim nequitiam alto pectore foventes hoc moliuntur, ut bonus ille Simon cogatur retinere eam, cui dolosè alligatus hæret: Atque sic verbis usurpatur nomen Dei, & ejus sanctũ conjugium: animo v. intelligitur dolus & fraus, quâ, non præstita dote, quantumvis sanctè promissa, incautum & ridiculum aliquem fecerunt maritum. Adde quod horrendum est: tales parentes audent se sistere in communione sanctorum ad sacrosanctum altare Dei, & ibi adstare in conspectu sacrosanctæ Trinitatis dum copulatur aliquis cum tali eorum filia, cujus magnifica dotis pollicitatione, in recessu tamen nulla, tanquam hamo piscis capitur; interim illi altas preces, forinsecus simulantes exultant in corde suo, quod sua ipsis fraus tam benè cedat. E. fraus hæc est, conjugium non est; E. à tali fraude, quæ malè conjugii titulo honoratur, maritus ut liberetur, expellat eam, per quam deceptus est, ultra Sauromatas & glacialem Oceanum. V. Neque legum rationibus pro hac assertione destituimur. Nam simulatæ nuptiæ nullius sunt momenti, l. 30. ff. de R. N. Has autem in proposito nuptias quis non viderit esse simulatas? VI. Imp. noster Justinian. in l. fin. C. ad SC. Vellej. apertè sanxit, si quis dotem promiserit, *omnimodò* compellatur suã confessionem adimplere: neque ferendum quasi casu fortuito interveniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsan repelli & distrahi matrimoniũ. Nec est, quod

alacris

alacris ille juris interpretum Amanuensis Fachinæus lib.3.contr.cap.48.calamum stringat contra sanctionem illam Imper.nostri, quasi ibidem agat de facto non de jure, ut quod præcaveat, ne de facto maritus uxorem expellat, non v. in quantum de jure hoc eidem permittat. Nam particula *omnimodè* in d.l.fin.primò est exclusiva causæ formalis & universalis, non effecti. Deinde adeò jus excludit, ut etiam aliàs ob fortuitum casum jus favorabile tali in casu non obtineat. Denique dicit de viro, qui *forsan* repellat, ubi particula relativa innuit jus, quod maritus non neglexit; sed eo directò usus est. Deniq; Dd tradūt, quod per l.11.§ f.C.de repud. & per Nov. 22.c.18. huic juri d.l. fin. sit derogatum, quod hodiè non fiat ob dotem non solutam divortium, Gothofred.ad d.l.fin.post Socin.reg.158.(de quo tamen jure paulò post) E. hinc efficietur, quod in d.l.fin. sit q. juris, non facti. vii. facit l.si donaturus 9. § si quis 1.ff.de condict.caus.dat. caus.non secut. ubi ne quidem ob indebitam pecuniam per errorem dotis nomine sponso promissam, & ab eodem nuptiis secutis petitam datur, exceptio doli mali contra maritum, ratio additur: quod maritus nihil dolo faciat, sed suum negotium gerat, neque decipiendus sit, quod tamen fit, si cogatur indotatam uxorem habere. Si igitur dolus tantùm operatur ut marito hîc detur ad indebitam pecuniam condictio ob causam; E. etiam per dolum promissa certa pecunia dotis nomine non soluta dabitur marito potestas à contractu vel negotio discedendi; & consequēter uxorem expellendi ob negotii nullitatem; vel: ut contractus aliàs nullus favore dotis valet. ita contractus per dolum invalidus odio dotis non convalescit viii. Ex l 11.§ 1.C.de repud.& Nov.22 c.18. Dd quidam inferunt, quod ob dotem nullam datam hodie non possit divortium fieri, & sic per hæc jura quidem derogari, d.l.fin.C.ad SC. Vellejan.ut jam antea ostendimus; Nos tamen statuere vel saltem tentare poterimus, quod d.l.11.§ 1.C.de repud.& d. Nov 22.c.18.tantùm sit exceptio, ut maritus divortium facere non possit ob nullam dotem datam, scilicet si a muliere sola simpliciter non est data, vel à patre, matre, vel aliquo alio paupere data non sit, uti per thesin nostram 37. constat; aliud tamen erit dicendum, si à patre divite non sit data, quod & tūc jure civili valeat repudium, per ea, quæ supra th.6.& seqq. disputavimus. Sed stante illa Dd. assertione, quod ob dotem non datam divortium non procedat per l.11.§ 1.& d.Nov.22.c.18. illud tamen expressi juris erit, si dos nō promissa sit, & sic nulla etiam insecuta fuerit; E. à contrario si dos promissa fuerit & non soluta, utique valebit mariti repudium; ea enim quæ in promissionem sunt deducta, necessariò sunt servanda, per ea, quæ tradit *Dn.Præceptor Ortholphus Fomannus* in prælect.ad t.ff.de jure dot.cap 4 circa pr. in tertiæ obj.resolut.ix. Non destituimur rationibus sacrorum Cā. Nam Pontifex in can. nullum 6.c.30 q.5. præcipit: ut nullum sine dote fiat conjugium; quô canonem cum Dn. Præceptore dicto loco de dote promissa exaudimus x tota decisio casus nostri patet accuratè ex c.per vestras 7 extra de donat.inter vir.& uxor.& in primis ex ratione decidendi ibidem ut difficile sit jus illud in factum pro Fachinæo converti. xi. hanc decisionem nostram suadet hæc

 ratio

ratio politica, quod si cuique licitum esset dotem pro filia promittere, & promissam non servare, labefactaretur hinc floridus Reipubl. status, nec esset aequale jus pro salute principis; tū quia sic novi mariti statim in initio vix haberent, unde viverent, vel suum patrimonium facilè consumerent, nec post quicquā residui habentes, nec ullam allevationem sperantes, ad extremam inopiam redigerentur, quod non esset pro principe, cujus interest; cives suos esse opulentos; tum etiam parentes quidam adeò solent esse rabidi & corvorum more rapaces, ut omnia liberis praeripiant, omnia decoquant, helluentur, & adeò quadratae suae gulae ingerant, avidissimè vorantes, ut pinguedo, instar salivae, per barbam illorum despumet; E. ab ejusmodi parentibus post obitum eorum liberi nihil sperarent, immo ob debita eorum in jurgia & lites irruerent; E. nullum in civitate civium inter ipsos esset auxilium mutuum: Hoc v. Reipublicae pestilens est toxicum & summè detrimentosum.

XXXIX.

Dotis jam constitutae principalis effectus est, quod marito dominium ejus acquiratur. Quale a. illud dominium sit, inter Dd. vehementissimè disceptatur. Nobis hac vice probetur sententia Dn. Hermanni Vulteji, (a) quod maritus sit dominus juris in re constituti, mulier verò vel uxor maneat domina rei in dotem datae, id quod ob nostras etiam statuimus rationes. (b)

(a) libr. un. disceptat. scholasticar. cap. 19. & J R. capit. 20. n. 29. quem sequitur Elias Roberus disput. 10. corol. 1. (b) Rationes nobis sunt. 1. l. in rebus 30 juncta l. licet 27. & l. si praedium 23. C. de jur. dot. 11 ex pr. I. quib. alien. licet vel non. ubi maritus dicitur dominus rei, sed per metonomyam subjecti, scilicet rei, pro adjuncto, scilicet jure, id quod hac parium & imparium creditoris, pignoris & mariti comparatione demonstratur: Nam Imperatori maritus tam est dominus juris in re dotali, quàm creditor pignoris est dominus in re oppignorata; & hactenus sunt paria; Maritus a rem dotalem alienare non potest; ratio est: quia dominus dotis sive juris est: Creditor v. pignoris rē pignoratam alienare potest, nō propterea, quia pignoris sive juris dominus est; sed hoc ideò videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur, § contra 1 I. d. t. & hactenus sunt imparia; E. maritus & creditor pignoris in jure dominii juris conveniunt; sed differunt respectu potestatis alienandi rem, in qua jus & dominium suum juris habent. E. committitur fallacia non caussae ut caussae, si dicantur dominii realis ratione differre,

ferre, quod maritus sit rei dotalis dominus, creditor pignoris non æquè; res namque non est caussa differentiæ, sed potestas rem alienandi diversimodè jure civili modificata, ut textus hoc tradit disertissime. III Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, arg. l nam quod liquidæ 4. §. 6. & t. ff. de pœn. legat. A t v. quod maritus locuples rerum etiam dotalium dominium & inde alienationem habet, id fit per modum exceptionis in l. 1. C. de serv. pig. manumiss. juncta l. f. C. de reb. alien non alienand. ubi maritus locuples servum dotalem, etiam invita uxore, manumittere, adeoque alienare potest: ratio exceptionis & specialitatis hic duplex est: tum quia maritus locuples est, ideoque ex facultatibus ipsius id facilè resarciri poterit, si quid rei dotali hac ratione decesserit; tum v. maximè hoc in favorem libertatis receptũ est, propter quam Imp. multa statuit contra communes juris regulas, arg. t. t. l. de addict. bonor. l. libertas, ff. de V. S. E. regula est, quod maritus rerum dotaliũ dominus non sit, sed tantùm dominus juris in re constituti. IV. Ex eod. fundamento concludimus, quod a specie ad genus nulla fiat illatio; vel quod à distributo ad non distributum nihil inferatur: Nam res dotales duplicis sunt generis: aut n. res dotales revera & propriè sunt dotales, aut revera dotales nõ sunt: illius generis sunt res non æstimatæ, quæ simpliciter in dotem dantur: hujus sunt res æstimatæ, quæ per traditionem in dotem dantur; siquidem omnes res sive corporales sive incorporales, sive mobiles sive immobiles dantur in dotẽ vel æstimatæ vel inæstimatæ, vel partim æstimatæ, partim inæstimatæ. Jam v. quod maritus sit ipsarum rerũ dotaliũ dominus, verùm tantũmodò est & præcisè obtinet de rebus æstimatò in dotem datis: quod hisce evincimus: primò rerum venditarum plenè transfertur dominium jure gentium ex contractu venditionis. Atqui res æstimatæ pro venditis habentur; æstimatio n. pretium est; ubi a. pretium est, ibi & venditio est, l. 12. ff. l. 5. C. de jur. dot. Atq; hinc est, quod ob dotem actio ex vendito possit esse, ex d. l. cum dotem, C. de jur. dot. E. ipsius rei dotalis æstimato datæ dominium acquiritur. Deinde per traditionem transfertur dominium ipsius rei, § per traditionem 40. I. de R. D. Atqui cum res æstimato dantur in dotem, traduntur & traditione earundem dominium acquiritur marito, atq; ideo mariti periculo pereunt, l. 51. ff. solut. matrim. l. plerumque 16. ff. de jur. dot. E. ipsarum rerũ æstimato in dotem datarum transfertur dominium. Deniq; per quod adeò dominium transfertur, ut rei ipsius loco sit, ex eo dominium rei est, non juris. Atqui eo modo æstimatio succedit in locum rei ipsius; Nam de his rebus Imp. loquitur in actione hypothecaria; Etenim licet hæ res propriè fuerint mariti, attamen si etiamnum extent, tacitè ex ipsa lege mulieri sunt oppignoratæ, l. 21. C. de jur. dot. E. æstimatione rei ipsius dominium transfertur. E. rei æstimatò in dotem datæ dominium marito acquiritur, Vultej. d. c. 19. pagin. mihi 175. Si igitur rei nõ verè dotalis, æstimato scilicet datæ, dominium *tantùm* marito acquiritur, efficitur hinc, quod rei verè dotalis inæstimato, videlicet datæ, dominium rei non habet maritus; E. habeat tantùm juris; contraria enim sunt contrariorum consequentia.

v Si non tantùm juris, sed ipsius rei in dotem datæ dominiū indiſtinctè maritus habeat, ſequetur, quod maritus res dotales quilibet licitè & liberè poſſit abalienare; abalienatio n. dominii in re effectus eſt. Cōſequēs a. eſt abſurdum, & impingit in ipſa principia juris in pr. I. quib. alien lic. vel non, l un. § cum lex julia, & § cum autem, & ibi gl. C. de rei ux. act, Nov. 61. c. 1. ubi Cujac. Collat. in l. 1. ff. de fund. dotal. E. & antecedens. vi. Si maritus ipſarum rerum in dotem datarū dominus ſtatueretur, implicaretur contradictio in adjecto, quod abſurdiſsimum. Nam cauſſa civilis contra rerum ſeriem non producit effectum juris gentium; Atqui dotis dictio, dotis conſtitutio, eſt cauſa & contractus merè civilis per ea, quæ latè & nervosè diſputat eximius ille JCtus Goedd. in tr. de contr. ſtip. c. 2. concl. 1. E. non producit effectum juris gent. ſc. in re dotali dominium naturale & juris gentiū. vii. accidens rei externum nō eſt ejusdē cauſſa interna conſtitutiva & eſſentialis. Atqui quando dos dicitur marito tradi, tunc traditio eſt dotis dictæ & conſtitutæ tantum adjunctū. Nā dos marito conſtituitur, & ſic valet contractus abſque traditione, & valida eſt cauſſa, per quam dominium juris in maritum transfertur: Conſimile exemplum eſt in ipſo contractu juris gentium emtionis & venditionis, ubi ſi contractum eſt ex conſenſu, & pretiū intervenit, transfertur ſtatim cauſſa dominii & dominium juris, ut & vacua poſſeſſio in emtorem, etiam abſq; traditione, l. ſi ita 25. § 1. l. pen. § f. ff. de contr. emt. l. 30. § f. de act. emt. l. 188 ubi Goed. ff. de V. S. l ſi fundum, ff. de fund dot. Caſtr in l. 2 ff. de act. emt Don. libr. 4. comm. c. 19 Duar. & Cuja. in l. 38 ff. de V. O per l. 53. l 83. eod. Hoen. diſp. 16. I. th 11. ſic pariter de dote cōcludendum ex § per traditionem 40. I. de R. D. E. traditione ne quidem dominium rei dotalis & naturale marito acquiritur. Z. mariti tantùm dominium juris eſt, ad quod traditio tantùm ut adjunctū vel etiam inſtrumentum quoddam cum vel in re ſubjecta accedit. viii ſi quærimus hæc aſſertio noſtra in effectu adſtruit ſententiam Dd. commū. dotē quatenus dotem in dominio mariti ſtatuentium, quæ eſt Accurſ. Br. Bl. Cyn. Salic. & pleriq; in l. 30. C. de jur. dot. Jaſ. in § fuerat, I de act. Bald. Nov. p. 8 priv. 6. Camp. p 4. q. 7 ut auctor eſt ipſe alias diſſentiens Treut. p. 11. diſp. 7. th. 6. lit C.

XL.

Nō igitur probatur nobis ſentētia Dd. illorū (a) qui ſtatuunt: uxorem naturale, maritum civile dominium dotis habere. (b)

(a) Conan. 8 com 9. Cor. 5. miſc. 14. Zaſ. lib. 2. ſing. intell c. 5. Guib de dot c. 5. n. 4. & ſeqq Pinell in l. 1. p 3 n. 13. C de bon. mat. Mynſ. VVeſ. Bar Hott Bald. ad pr. I quib al. lic. vel non, Vaud 2. q. 3. Brōh. cent 2. aſſ 22. (b) 1. quia tū legū ſubtilitate tranſitus rerum dotalium in patrimoniū mariti videtur fieri, ideo rei veritas deleta & confuſa non eſt. Eſt a. juris ſubtilitas, quod maritus dicatur dominus rei dotalis propter dotem, quæ in re conſiſtit; Nam cum dos, id eſt, jus ſine re conſiſtere non poſsit, ſubtilitate juris per metonymiam ſubjecti pro adjuncto ipſius rei dominiū habere fingitur, pr I. quib al. lic. vel non, l ſi prædium 23 E dos cum rei veritate non confundenda, ut aliquid naturale rei pro muliere dicatur eſſe. ii. contradictio involvitur in adjecto, ſi in dote,

quoad

quoad uxorem dicatur esse dominium naturale; Nam dos vel est contractus mere civilis vel pactum legitimum (uti inter Dd. disputatur aliàs) unde dominium civile tantùm; E. malè ei tribuitur dominium naturale; quod juris gentiũ est. Convenientius igitur est dicere mulierẽ retinere rẽ, & in ea dominiũ nat. jur. gent. absurdũ est & cõtradictoriũ, in mero jure, sc. dote, eã habere dominiũ reale vel naturale. III. Illa distinctio impingit in principia jus dotium constituentia: Dos n. nunquã constituitur pro uxore sed pro marito; immò vel ab ipsa uxore pro marito ob onera matrimonii sustinenda, ut proinde, dos, in quantũ dos est, solius mariti jus sit; E. per eandẽ contradictionẽ diceretur, dos etiã esse uxoris, quia sic ipsa sibi dotem daret, caussam possessionis sibi mutaret; quod suum esset & dudum fuisset, suum demum fieret; quæ contra principia juris omnia; Immò longè absurdius diceretur, dotis dominium naturale uxoris esse; sic n. duplex contradictio implicaretur, sc. quoad dotem & deinde dominium naturale in dote, quorum neutrum respectu uxoris unquam jure constitutum.

XLI.

Non etiam probatur nobis sententia illa Dd. (a) quod respectu initÿ, & traditionis actu, jure naturali maritus sit dominus dotis; at effectu considerato jure naturali dos sit penes mulierem; quia mortuo marito & soluto matrimonio per divortiũ, dos redit ad mulierem, & interim etiam omne emolumentũ ad eandem effectu redit; Civilis autem juris fictione dominiũ sit penes maritum, quia ratione effectus maritus sustinet matrimonÿ onera omnia. (b)

(a) Cuj. lib. 10. obs. 32. & ad mercator. 3. not. 9. eumq; secuti Borcholt. ad pr. I. quib. alien. lic. vel non, Treutl. p. 2. disp. 7. th. 6 lit. C. (b) Hæc enim sententia multis modis est vitiosa: I. namq; tres illas implicat contradictiones, respectu dominii naturalis uxoris in thesi præcedente enodatas. II. tertiam adhuc cõtradictionem addit, dum marito in dote (quæ tamen solius juris civilis est) etiam tribuit dominium naturale. III. traditionem facit caussam constitutivam dotis, & sic ipsam dotem juris gentium, cum traditio dotis accidens tantum vel modus quidam instrumentalis sit, ut in ratione 7. th. 39. præcedentis ostensum. IV. causam facit sine effectu, quod contradictorium in Logica, in initio cõstitutionis traditio faciat maritum dominũ dotis, sed illius dominii nullum statuit effectum. V. quia dotis dominium per traditionem & sic naturale fit mariti, effectu a. illud sit uxoris, & sic unius caussæ sit alterius disparatæ effectus, quod iterum contradictorium est. VI. committitur elenchus distributi, quia civile dominium dotis, citra quod tamen nihil est tertium, opponitur per fictionem dominio dotis naturali, quod tamen nullum est, ut in duabus thesibus præcedentibus ostensum.

Neque

XLII.

Neque probatur nobis illa Doctorum (a) sententia, qui uxorem naturale dominium dotis, maritum vero & naturale & civile habere contendunt. (b)

(a) Vacon. à Vacuna declarat. 6. c. 92. n. 6. (b) Hæc namque sententia omnes illas absurditates qs. in unam colluviem redigit, unde sanè in sacrariis JCtorũ Logicorum βδέλυγμα monstrosum. Et ejuscemodi alias sententias absurdas ipse Disputationis conflictus exauctorabit.

XLIII.

Est & iste dotis constitutæ effectus, quod maritus habeat actionem ex stipulatu civilem, qua exigit dotem matrimonio contracto; (a) & fructus dotis lucretur omnes. (b)

(a) l. un. §. 1. in fin. §. 2. C. de rei uxor. act. §. fuerat. I. de act. (b) l. 7. in pr. l. 10. §. 3. ff. de jur. dot. d. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act.

XLIV.

Res etiam ex pecunia dotali emtæ, dotales non sunt, sed ipsius mariti quoddam peculium proprium. (a)

(a) ubi expressus est textus in l. ex pecunia. 12. C. de jur. dot. & in l. final. C. de serv. pignor. dat.

XLV.

Soluto matrimonio per mortem uxoris, & liberis nullis superstitibus dos profecticia ad patrem uxoris revertitur; (a) Adventicia verò apud maritum remanet, nisi aliud convenerit. (b)

(a) l. 12. ff. de pact. dotal. l. ult. §. 1. ff. ut legator. nomin. cav. l. 19. C. de collat. l. 17. ff. ad SC. Macedon. l. un. §. 3. vers. sileat. C. de rei uxor. act. (b) d. l. un. §. accedit. l. 22. ff. de religios. & sumptib. funer. l. 20. ff de condit. instit. & elegans est Cujac. libr. 9. obs. 4.

COROLLARIA.

I.

Commodatum quatenus commodatum compensationem non admittere adhuc asseveramus. (a)

(a)

(a) I. quia corporis ad quantitatem nulla fit compensatio, l. 5. l. 26. §. 4. ff. de condict. indeb. II. quia nec corporis cum corpore fit compensatio propter inæqualem inter se æstimationē, l. 18 in pr. ff. de pignerat. act. III. quia inter retentionem & compensationem interest, ait JCtus in l. qua ratione. 9. §. 1 ff. de A. R. D. Retentio est defensio quædam & exceptio, quæ vult solutionem, d. §. 1. compensatio est quædam imaginaria solutio, l. 4. ff. qui potior. in pign. Aliud a. pro alio solvi nequit, invito creditori, l. 2. § mutui. ff. de reb. cred. IV. vocabum pensationis in l. 18. §. fin. ff. commod. ponitur generaliter pro retentione secundum Fornerium lib. 2. select. 44. vel d. § f. loquitur de commodata remissa vel deteriorata culpa commodatarij, & ob id in pecuniæ quantitatem condemnandus est commodatarius. V. Exceptio est scilicet, quod si res commodata sit amissa, & commodatarius in pecuniam condemnetur, ut ita in quantitate procedat compensatio E. regula est in casibus non exceptis, quod regulariter commodatum non compenseтur. VI. facit l. f. C. commod. cujus sensus ita negativè rectè inducitur: prætextu debiti restitutio commodati non probabiliter, sed necessariò & rectè recusetur; ratio decidendi est: quia in commodato species est, cujus nulla cum quantitate est compensatio. VII. pro hoc facit, quod Dd. pro sententia affirmativa sibi contradicant, committentes ἔλεγχον ὑπερβατικῶς: Interrogati n. an cõmodatum compensetur? ajunt si commodata res sit amissa vel deterior reddita æstimatur res ad quãtitatem & ita compensatur, Don. ad §. in bonæ fidei. 30. n. 6. I. de act. sed hoc ipso non respondetur ad id, quod quæritur, sic n. non dicitur de commodato ut commodato, sed de commodato æstimato; Ergò à contrario citra spem negant commodatum ipsum compensari; immò aliàs ipsum depositum compensaretur, quod absurdum. Et hæc sententia, quam Consultissimus Dn. Præceptor Dominicus Arumæus comprobat, à nobis

 fit

sic corroborata perstet. Uxor ratione dotis in πρωτοπραξία creditorum præfertur mariti creditoribus tantùm tacitam anteriorem hypothecam habentibus.



CASUS DUBIUS DECIDENDUS.

Es giebet einer seine Tochter aus / vnd verspricht sich dem Bräutigam also: Ich wil euch die Hochzeit ausrichten/ vnnd nach der Hochzeit söllet jhr mit meiner Tochter zwey tausent Thaler haben. Nach der Hochzeit fodert der Bräutigam die zwey tausent Thaler / da antwortet der Vater: Ich habe euch geboten/daß jhr mit meiner Tochter zwey tausent Thaler sollet haben / nicht daß ich sie euch geben wil.

Quæritur quid juris?

Epigram-



Epigramma

Illustris & Generosi Domini

CHRISTIANI L. B. DE
Schönburg / DOMINI IN Glaucha
ET Waldenburg

Ad præstantissimum Dominum Respondentem.

BElla paras; dum bella cupis defendere juris
Lemmata, non sicâ, sed rationis acu.
Perge sequi tàm forti animo vexilla Themista:
Auguror hæc tibi mox digna brabeia dabit.
Digna brabeia dabit, cum sis Doctorq́; voceris
Juris; Nempe suos sic beat alma Themis.

Ad humanissimum & doctissimum Dominum Henricum Esychium, SS.LL. studiosissimum, Commensalem suum charissimum.

UTile propositum, sed eget moderamine certo
Quæ quis digessit privatis usibus, ista
Discendi studio in partes versarier omnes,
Nunc hunc deprimere, ast alium, sua dona probare,
Aut pulsi, qui jam socio sua terga sequenti
Monstrat, in æqualem rursus revocare palæstram.
Sed modus hic adsit, quæratur gloria veri,
Quo qui fine caret, sed litem lite resolvit,
Officit ille sibi, & profectum haud sentiet ullum.
Tu vero, cum te studio tractare sagaci,
Quid verum, quid non rationi congruit, aptè

Discutere agnoscam, veniat modò serior ætas,
In patriæ gentisq; tuæ sic commoda surges.

Dominicus Arumæus J.U.D. & P.P. in illustri Salanâ, Scabinatusq; & Dicasterii Provincialis Assessor.

AD EUNDEM.

DOtali de jure volens quæsita tueri,
HESYCHI, ingenij dexteritate tui.
Digna tuis studijs res est, res grata Parenti;
Fortunæq; tuæ hæc optima materia est.
Diva Dice Geminas tibi mox hinc offeret ultrò
Dotes: emeruit sic tua sedulitas.
Altera Fortunæ Dos; Dos erit altera Honoris:
Sed tantas dotes quis renuisse potest?
Nam veneranda Themis Dotem tibi porget honoris,
Doctoris mitrâ cum redimitus eas.
Dotem at Fortunæ tibi casta, opulenta, decora,
Lactea, sed justo tempore, virgo dabit.
Perge, HENRICE modò, perfer pro dote labores;
Dotes sic Geminas in precium accipies.

Ludibundus & festinante calamo faciebam

Augustinus Basilius Cæsar, LL.Bar. de Schönburg
pro tempore Institutor, vnd Gräfflicher Mansfeldischer Bestalter.

FINIS.

